



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In  
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Foullon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

XI. Calamitas ventilabrum, & torcular.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](#)

mercibus navigaturum, Deo commendaret. Post dies triginta nuntiatur mors filii, & mercium jactura. Perculit Joannem triste nuntium: & cum patris orbati vultum non sustineret, ex domesticis suis unum mittit, qui soletur. Sed solatia omnia respuebat doloris atrocitas. Donec visus illi in somnis Joannes, monuit, ut fletum desineret: vitam enim filii desiderasse, qui jam vitam viveret immortalem. Tam læto nuntio extersa parenti mestitia omnis: & postridie manè ad Joannem adiit, gratiasque impensè egit. Istud in Vita D. Joannis fusiūs narratum invenies, & exscriptum apud Drexelium sub finem Gymnasii Patientiæ.

XI. Psalmo 43. ubi nos legimus,  
*Calamitas vē-  
 tilabrum, &* Dediti nos tamquam oves esca-  
 torular. *& in gentibus dispersisti*  
*nos, Syminachus & Aquila vertunt, Et in*  
*gentibus ventilasti nos. Ponderat ibi hanc*  
*vocem Ambrosius: Sicut triticum si ven-*  
*tilatur, & à paleis separatur, mundum est;*  
*si autem ventilatum non fuerit, mundum*  
*esse non poterit. Ita homo nisi fuerit tentatio-*  
*nibus.*

## 114 BONA VOLUNTAS

nibus ventilatus, fragilia quæque, veluti paleas, à se non potest separare. Eamdem ob caussam D. Joannes Matthæi cap. 3. Christum agricolæ vannum tenenti & agitanti comparat, cuius ventilabrum ejus in manu ejus. David de se & de Christo loquens Psalmo 55. Conculeavit me homo, inquit, tota die impugnans tribulavit me. Ubi id factum? In Geth urbe Palæstinæ, ut patet ex titulo Psalimi: Geth autem torcular significat. Unde piè more suo Augustinus: *Tenetur in torculari corpus Christi. Quid est in torculari?* In pressuris. Sed in torculari fructuosa pressura est. Uva in vite integra est, pressuram non sentit, sed nihil inde manat: mittitur in torcular, calcatur, premitur, injuria videtur fieri uvæ: sed ista injuria sterilis non est: immo si nulla injuria fieret, sterilis remaneret. Verum de calamitatum fructibus tum alii multi tractavere, tum nos ipsi alibi agimus ex professo. Et verò experientia quotidiana plurimos ostendit, quibus ad meliorem ac sanctiorem vitam frustra fuerant cætera, nisi malorum incumbentium

trium

tum sensus accessisset, impulissetque ter-  
giversantes.

XII. Unum de multis produco, quem  
Exempla ostenditur. Spondanus exhibit ad annum  
1402. Hominum nemo Rober-  
ti Scotiæ Regis filium Davidem virtute  
informare potuerat. Voluptatum ama-  
tor, prodigus, honesti omnis negligens,  
inverecundus vitiorum jactator, minis-  
juxta ac blanditiis flecti nescius, moni-  
torum omnium contemptor, verbo scur-  
ra purpuratus, spem omnein mentis me-  
lioris amiserat, nisi ingenium malis mol-  
lesceret, & annis mitesceret. Itaque pa-  
rens, desperatâ curatione, eum longè ab  
se allegat ad patruum, propè Caledo-  
nios montes in arce semota habitantem,  
commendatque, ut severè cohibeatur,  
donec ætas animum fortè mutaverit. Pa-  
truò jucunda fuit occasio tam prompta,  
& obvia, explendæ ambitionis suæ, quâ  
regnum jampridem devorârat, obstan-  
tesque sibi filios fratris tollere aliquâ de  
medio statuerat. Eum igitur in arctam  
validamque turrim compingit, secluso-

farnu-